


vel incidēs vel tran-
siens, posito Circi-
ni pede immobili
in punctum A, ab-
scindatur ex linea
data segmentum A
C per arcum C :
deinde ex punctis
A & C distantia A C
ducantur bini ar-
cus sese mutuò in
E intersecantes, &
ex E alius, quasi su-
pra punctum A di-
rectè, videlicet ar-



cus D : tandem linea obscura ducta per C, E & D transibit per arcum D in puncto D : ex quo ad A ducta linea recta incidet in datam AB perpendiculariter : siq; ulterius continuetur usq; ad F, habebitur & altera per datam AB perpendiculariter transiens.

2. Vel : si cui hic modus minus placeat, usurpetur iste, cujus exemplum apposui in data lineæ AB extremo altero, nimirum in puncto B, in quod si posueris circini pedem alterum, alterum verò traduxeris in punctum G vel quodcunq; aliud ibidem loci, exq; eo puncto G distantia GB describeris segmen- tum Circuli I D E F intersecans lineam datam in puncto I & H distantiamq; GB vel GC per D & E ad F usq; ter transposueris : ducta linea FB erit insistens ; eademq; continuata usq; ad H transiens perpendiculariter : itidem ut prius.

PROBL. VI. Si porrò punctum, per quod quesitarum linearum utralibet transire debet, fuerit directè supra datæ lineæ extremum alterum, quâ methodo tum institui debebit illarum ductus?

Sit li-